



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

131 Pius Quintus nil vult obstare dictae ejus constitutioni.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

<sup>¶</sup>e debeat, rogantesque omnes, & singulos Principes seculares, & alios dominos, & magistratus temporales, eisque per vi- seera misericordiae Domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum suo- rum injungentes, quatenus in præmissis eisdem Patriarchis, Pramatibus, Archiepi- scopis, & Episcopis assistant, & suum au- xilium, & favorem præstent cum auxilio brachij secularis.

<sup>¶</sup>31 Non obstantibus præmissis, ac <sup>†</sup> qui- busvis Apostolicis, nec non provincialibus, & Synodalibus concilii editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non fabricæ ecclesiæ, hospitalium monasteriorum, militiarum, confraternitatum, ordinum, capitulorum, conventuum aliorumque locorum prædi- storum, & quorumvis illorum membrorum ecclesiastarum, etiam cathedralium, & metropolitarum, etiam juramento, con- firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis statutis, consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis illis, & præsertim S. Joannis, & S. Lazari, & Sancti Spiritus in Saxia hospitalibus, necnon S. Antonij, de Sancto Antonio, & Sanctorum Nicolai, & Bernardi Montis Jonij monasteriis, iporumque monaste- riorum hospitalibus, singulorumque eo- rum conventibus superioribus, & perso- nis præfatis per quoscunque Romanos Pontifices. Predecessores, ac nos, & Sedem Apostolicam sub quibusunque rebus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque ef- ficiacioribus, & insolitis clausulis, necnon iuritanibus, & aliis decretis, etiam motu-

simili, & ex certa scientia, ac quavis eti- ana Imperiali, vel regali consideratione, vel instantia, & alias quomodolibet con- cessis, approbatiss, & innovatis, quibus omnibus etiam, si pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis ten- toribus specialibus specifica, individua, & expressa, non autem per clausulas genera- les idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenoris hu- jusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita, observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, motu, scien- tia, & potestatis plenitudine similibus spe- cialiter, & expresse derogamus, & suffici- enter derogatum esse volumus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus commu- niter, vel divisi ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de- indulto hujusmodi mentionem. Volumus autem quod præsentes litteræ in Can- cellaria nostra Apostolica, & acie Cam- pi Floræ de more publicentur, & in- ter constitutiones perpetuò valitas de- scribantur.

<sup>132</sup> <sup>†</sup> Et quia difficile foret, easdem præsen- tes ad singula quæque loca deferri, volu- mus, & etiam declaramus, quod earum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prout fides ad- hibetur, quæ adhiberetur, si originaliter forent exhibitæ, vel ostendæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam

no:

